



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ignativs Episc. M. 1. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

FEBRUARIUS.

S. IGNATIVS EPISC. M.

1. Februarii.

IGNATIVS ex Ioannis Apostoli
 scholâ docilis oppidò discipulus tam
 altè in pectus suum demisit IESV
 amorem, ut hunc unum loqui lingua,
 hunc unum dictare animus sciret, illud
 unum deniq; in deliciis ei verbû esset,
amor meus crucifixus est. Certè quòd
 hunc ubique præ se ferret, gloriosum
 Theophori nomen reportavit. Illud
 quantû amantis animi robur fuit, cum
 sanctè audax omnia tormenta, omnes
 mortes unus unicus provocare in cer-
 tamen non dubitavit; cum ad bestias
 damnatus, laborantibus ex hostili ma-
 nu eripere Præsulem suum Christianis,
 solus nimirum ipse intercessit, DEI
 amore obtestatus, ne ad coronam cur-
 renti obsisterent. Et verò prægustasse,
 cum Romam iret, ferarum rabiem sibi
 ipsi visus est, in X. militibus, qui custo-
 dia causâ additi, usque adeò hominem
 exuerant, ut familiari joco leopardos
 eos vocitârit. Iam caveis emissi leones
 horrendo rugitu theatrum compleve-
 rant, & ecce IGNATIO piè adhuc
 ludere placuit. Frumentum CHRISTI
 se ditabat, gestire molaribus bestia-

E 4 rum

rum commoli, quò delicatus panis Superùm mensæ apponeretur. Sed heu majus tibi miraculum ! Elidunt fauces IESVM suum inclamanti ora crudela: tacere lingua cogitur *amores* suos; quid expectas ? frustra silentium linguæ imperatur, ubi cor est eloquens. In hoc siquidem disertis literis exaratum repererunt familiare illud linguæ IESV nomen ; brevè quidè tam angusti monumenti, sed longè pulcherrimum Epitaphium. *Ex Sur. & Metaphr.*

S. EPHREM SYRVS. 1. Febr.

FORTE fortunâ EPHREM puer in buculam offendit foetu gravidam. Hanc ubi crebrâ lapidatione confecit, dominum insuper ejus obvium, & perquam amicè de bove rogitantè convitiis oneratum dimisit. Haud multò post cum eandem viam relegeret, deprehensus à tenebris, mapalibus vicinis successit; noctu cum lupi gregem diripuissent, pastores damnū furibus adscripserunt, & EPHREMVM velut proditorè vincum ad Prætorem abduxerunt. Hic ille inter longam carceris mortem cum menses aliquot exegisset, à tutelari demùm Angelo, revocatâ in memoriam buculâ, edoctus est, errare quidem hominum subsellia posse, sed non DEI etiam tribunal; ut quod de vero crimine justissimas quandoque sub alienæ culpæ